



**Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

43. De conversione Mariæ Magdalenæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](#)

36 ACTA CHRISTI

Vidit publicanum nomine Levi , sedentem ad telonium. *Luc. 5. v. 27.* Cùm transiret inde Iesus , vidit hominem sedentem in te-  
lonio, Matthæum nomine. *Matth. 9. v. 9.*

II. Et ait illi : Sequere me. *Matth. 9. v. 9.*  
*Marc. 2. v. 14. Luc. 5. v. 27.*

III. Et surgens, secutus est eum. *Matth.*  
*9. v. 9. Marc. 2. v. 14.* Et relicta omnibus,  
surgens secutus est eum. *Luc. 5. v. 28.*

## MEDITATIO XLIII.

*De conversione Marie Magdalena.*

I. **R**ogabat Iesum quidam de Phariseis ,  
ut manducaret cum illo. Et ingressus  
domum Pharisei discubuit. *Luc. 7. v. 36.*

II. Et ecce mulier, quæ erat in civitate  
peccatrix, ut cognovit, quod accubuisse in  
domo Pharisei, attulit alabastrum unguen-  
ti. *Luc. 7. v. 37.*

III. Et stans retro secus pedes ejus, la-  
crymis cœpit rigare pedes ejus ; & capillis  
capitis sui tergebat , & osculabatur pedes  
ejus, & unguento ungebat. *Luc. 7. v. 38.*

## MEDITATIO XLIV.

*Christus per parabolam corripit Simo-  
nem criminantem.*

I. **V**Idens autem Phariseus, qui vocave-  
rac